Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quasi terra. Et pro maiori intellectu sciendũ est q̃ Arist. in. 1. doctrina. 4. c. 1.
quatuor sunt humores in corpore hois: scz sanguis: flegma: colera et melancolia, vt dictũ est. Inter quos sanguis est melior: primo. Quia est materia spiritum: in quibus vita cõsistit: et omnis operatio vegetatiua vitalis et animalis secunde Quia cõformis est cũ principijs vite. Est etiam calidus et humidus temperate. Tertio qz plus nutrit et restaurat deperditũ ceteris humoribus. Et vt ad vnũ sit dicere. est thesaurus nature: ex cuius perditione sequitur mors statim. Deinde sequit flegma in bonitate. Primo quia aptũ est vt tpe necessitatis fiat sanguis. Et ideo nõ habet ꝓprũ receptaculũ. sed incedit cũ sanguine. Secdo quia vicinius est radicali humido. quod est velut baꝑ vite. Deinde sequit colera. qz participat cũ naturali calore ꝗdiu mensurã seruat. Deinde est melancolia velut fex et sordicies elongata a principijs vite. inimica leticie et liberalitati et cõnata senio et morti. Secdo sciendũ pro diuisione et definitione humorũ q̃ sanguinis due sunt species. scz naturalis et innaturalis. Naturalis est cui color est rubeus scz venalis rubeus obscurus: et arterialis rubeus clarus malo carens odore. et est valde dulcis: et hoc per respectũ ad alios humores. Innaturalis est duplex Nam quidã est innaturalis qualitate scz qui est mutatus a cõplexione bona in se sine alterius humoris cõmixtione. Alius est innaturalis ꝓpter humorem malũ ei admixtũ peccantẽ qualitate substantia vel quãtitate vel in proportione alterius ad alterũ. Et iste est duplex. Nam quidam est non naturalis ex permixtione mali humoris qui ab extra sibi superuenit. Alius est nõ naturalis ex permixtione mali humoris generati in ipsomet sanguine. quãdo pars sanguinis putrefacta est. sicut et eius subtile conuersum est in colerã. et grossum in melancoliã. vel illa colera vel illa melancolia vel vtraq̃ mansit in illo sanguine Et iste sanguis nõ naturalis ex admixtione mali humoris multipliciter diuersificatur a naturali. Primo in substantia. quia grossior: et turpicior est cũm sibi miscet melancolia: vel subtilior cũ sibi miscet colera citrina vel aquositas. Secundo in colore. qz est declinãs ad albedinẽ ex parte flegmatis vel ad nigredinem ex parte melancolie. Tertio in odore. qz fetidior est ex admixtione putridorum humorũ. vel omnino odore caret ex admixtione crudorum. Quarto in sapore. Quia vergit ad amaritudinem ex admixtione colere vel ad acetositatem ex parte melancolie vel ad insipiditatem ex parte flegmatis. Flegmatis vero naturalis etiam due sunt species. scilicet naturale et innaturale. Naturale est quod est aptum vt in aliquo tempore fiat sanguis. quoniam est sanguis non bene coctus: Et est quidam modus dulcis flegmatis quod non valde existit frigidum immo corporis comparatione est frigiditatis pauce. Sanguinis vero comparatione et colere rubee est frigidum: et est naturaliter album. Et dicitur istud flegma dulce extenso hoc nomine dulce ad omnes sapores delectantes gustum. Quia alio modo istud flegma naturale nõ est dulce cum sit insipidum aquosum et sapori aque multum propinquum. Et non fecit natura isti flegmati proprium receptaculum sicut colere et melancolie fecit. Sed fecit ipsum transire cum sanguine: vt tempore necessitatis vertatur in sanguinem. quia habet similitudinem propinquam sanguini. Et istius flegmatis due sunt necessitates et vna vtilitas. Prima vtilitas est vt sit iuxta membra ad hoc vt operentur in eo eorum virtutes et coquant et digerant et nutriant ex eo membra amiserint nutrimentum quod consueuit venire ad ipsa. quod est sanguis bonus propter retentionem materie sanguinis que quidem retentio a stomacho et epate fit propter aliquas causas accidentales. Secunda necessitas est vt misceatur cum sanguine et reddat ipsum aptum ad nutriendum membra flegmaticarum complexionum Sicut cerebrum et medulla. In quorum sanguine ea nutrituro notabilem flegmatis partem esse oportet. Vtilis